



**Arnoldi Corvini â Belderen, Batavi, Jcti quondam  
Consummatissimi, Consilarii Electoralis & Professoris  
Moguntini Publici, &c. Tractatus Geminus De Personis  
Atque Beneficiis Ecclesiasticis Sive ...**

opus posthumum, diu desideratum, nunc demum excusum, & indice  
locupletissimo instructum

De personis ecclesiasticis

**Corvinus van Beldern, Arnold**

**Francofurti ad Moenum, 1708**

**VD18 10184902**

De Lectore. Tit. 9

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62002](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62002)

amississent in acie: Apud Aegyptios subulei: Apud Scythas: qui in  
lum in acie occidissent hostem.

## TITULUS IX.

## De Lectore.

## SUMMARI A.

- |                             |                           |
|-----------------------------|---------------------------|
| 1. Lector & appellatus Pa-  | 4. Fuit & apud Ethnicos   |
| pa.                         | 5. Et in primitiva Eccl-  |
| 2. In veteri testamento di- | 6. Lectoratus Materia &   |
| ctus Cantor.                | 7. Lectorum Officium quod |
| 3. Ejus prater ea quod fu-  |                           |
| erit munus.                 |                           |

**D**icendum nunc de *Lectoratu* & *Lectore* ab Imperatore Isaac  
Comneno appellato Papa; in *constit. Imperial. jur. Or-*  
*constit. Isaaci*; ubi sic loquitur; *Nihil in ordinatione Episcopi*  
*unum videlicet, quando facit simplicem Papam sive Lectorem: tres quan-*  
*do ordinat Diaconum: alteros tres quando Sacerdotem seu Presbyterum.*

2. Ante Salvatoris nostri adventum *Lector* dicebatur *cantor* in tem-  
plo Dei, vel *psalter* canens Domino in organis & hymnis & psalmis  
1. *Paralipom. cap. 23.* Petr. Gregor. in *Synagm. jur. univ. lib. 16. cap. 4.*  
*num. 2.*

3. Erat & tum temporis moris singulis sabbathis per annum quadam  
legere ex lege Mosaica, & ex Prophetis; sicut & in Ecclesia Catholica  
ex Evangelio & veteri testamento, vel ex aliis libris sacris fit, post-  
mum in sacrae liturgiae consecratione.

Cujus moris facit mentionem D. Paulus, *Actor. cap. 13.* ubi sic  
loquitur; *Qui habitabant Hierusalem & Principes ejus hunc ignorantem*  
*& voces Prophetarum, quae per omne sabbatum leguntur, judicantes in*  
*ple-*

pleverunt. Necnon D. Petrus *Aetor. cap. 1. §. ubi ait; Moyses à temporibus antiquis habet in singulis civitatibus, qui eum predicent in Synagogis, ubi per omne sabbatum legitur. Imò Lectoris munere functus fuit Christus in Synagoga teste D. Luca. Evang. cap. 4.*

Non tantum in Judæorum Synagogis fuerit Lectores, sed & in Ethnicorum religionibus; testis Livio, lib. 8. *Decad. 1. & Plinio, lib. histor. nat. 28. cap. 2.*

Lectorum ordo in Ecclesia Catholica fuit ipsis temporibus Apostolorum. Meminit enim ejus D. Ignatius, qui convixit Apostolis, in epistola ad Antiocheneses; *Saluto, inquit, Presbyterum vestrum, saluto Sanctos Diaconos, Subdiaconos, Lectores, Cantores, Ostiarios, Laborantes, Exorcistas atq. Confessores. Nec non lib. 3. heres. tom. 2. circa fin. D. Cyprianus lib. 3. epist. 23. scribit ad Clerum, se Saturnum Lectorem fecisse, & die Paschæ semel atque iterum lectionem dedisse, examinatione prahabitâ, an ei hoc congrueret. Et fuisse ex primis Ordinibus, idem aperte testatur D. Cyprianus lib. 2. epist. 5. dum de Aurelio, qui Dominum nostrum Jesum Christum bis erat confessus, loquitur; Meretur, inquit, ille talis Clerici ordinationis ulteriores gradus. Sed interim placuit, ab officio lectionis incipiat: quia & nihil magis congruit voci, que Dominum gloriosa predicatione confessus est, quam celebrandis divinis lectionibus personare, post verba sublimia, que Christi martyrium prolucuta sunt: Evangelium Christi legere, unde Martyres fiunt, ad pulpitem post Catastrum venire. Notat etiam Optatus Milevitanus lib. 1. histor. pro inaudito Majorinum Lectorem, tempore, quo Cæcilianus erat Diaconus, per factiones Lucillæ fuisse ordinatum Episcopum; scilicet gradibus aliis omissis. Petr. Gregor. d. loco.*

Lectoratus materia est codex, de quo lecturi sunt: *Forma, verba exhortatoria; Accipite & estote relatores verbi Dei; habituri, si impleveritis fideliter & utiliter officii partem cum eis, qui verbum Dei ministraverint ab initio. Ita habetur in Pontificali Romano; cum quo omnes antiqui Codices, & Concilium Carthaginense IV. relatum in can. Lector. dist. 23. consentiunt. Bellarm. de Cleric. lib. 1. cap. 13. vers. secundus Ordo. Galganet. de Jure publico. lib. 3. tit. 29. num. 1. Sebast. Cæsar. in releâ. de Eccles. Hierarch. part. 2. disp. 11. §. 2. num. 2.*

Xx 2

Omnes

Orvinus  
Personis  
nes, Ecclesiam

G IV

32

Omnes praterea notant, pertinere ad Episcopum, ad Lectores ordinandos habere admonitionem, *Morinus de Sacris Ordinat. part. 3. exercit. 13. cap. 1.*

- 7 *Lectorum officium est, Lectiones clarè & distinctè pronuncians, & ea, quæ dixerunt Prophetæ, populis ex pulpito, can. non licet. dist. 92. annunciare. d. can. clericos. dist. 21. can. perlectis. dist. 25.*

## TITULUS X.

## De Exorcista.

## SUMMARIUM.

1. Exorcista quis.
2. Exorciscatus materia qua.
3. Et Exorcistas habuerunt Judæi.
4. Exorciscandi modus à Salomone.
5. Dæmones ejicere est inter signa credentium.
6. In Ecclesia, Exorciscatus quando à reliquis Ordinibus distinctus.
7. Exorcistarum Officium, quomodo fiat.
8. Exorcismus quid sit.
9. Quid cavere debeat Exorcista.
10. Exorcistas imitantur Incantatores Ethnici.

1 **E**xorcista, Græca voce dicitur, qui Latine, *adjurans*, sive *crepans*. *can. Cleros. dist. 21. vers. Exorcista.*

2 **I**n Ejus ordinatione pro materia traditur liber Exorciscatorum, ut docent. *Concil. Carthagen. IV. cap. 7. Ordo Romanus. Isidor. lib. 2. de divin. Offic. cap. 13. Raban. Maur. de Instit. Clericor. lib. 1. cap. 10. Amalar. lib. 2. cap. 9. & pro forma hæc dicuntur verba: Accipis & commenda memoria, & habeto potestatem imponendi manus super contumaces.*